



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

3. Quæ dispositio requiratur ex parte voluntatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

ARTICULUS III.

Quæ dispositio requiratur ex parte voluntatis.

AD omnem fidem etiam humanam requiritur aliqua motio voluntatis, quia enim objectum fidei non convincit intellectum intrinsecâ aliquâ ratione, sicut scientia aut habitus primorum principiorum; ideo necesse est ut suppleatur id quod deest per motionem voluntatis, quâ se vult dicenti submittere propter ipsius auctoritatem. Hoc etiam invenitur in fide divina; motio autem quæ ibi requiritur, vocatur Pia motio voluntatis, quæ licet etiam inveniat in fide informi, non tamen secundum suam pietatem.

Pro cuius declaratione prius dicendum est in quo fides informis à formata, & in quo fides viva à mortuâ distinguatur. De quo videri potest S. Thom 2. 2. q. 4. a. 4. ubi dicit in fine corporis: *Distinctio autem fidei formata & informis, est secundum id quod pertinet ad voluntatem, id est secundum charitatem, non autem secundum illud quod pertinet ad intellectum.* Et concludit: quod non sint diversi habitus. Et art. 5. ubi inquit utrum fides sit virtus, affirmat hoc de fide formatâ, negat autem de fide informi. *Ex charitate inquit, quæ*

format fidem, habet anima quod infallibilis Docto
 voluntas ordinetur in finem bonum, & ubi di
 fides formata est virtus. Fides autem infidere I
 non est virtus, quia etsi habeat perfectio Possu
 debitam actus fidei informis ex parte intellec anti
 non tamen habet perfectionem debitam ex p dederi
 voluntatis. Et ibidem art. 3. resolverat ex volunt
 fessio charitatem esse formam fidei, & Ta
 tantum communi modo, sicut est forma o Sapie
 nium virtutum, ex eo quod habeat pro ob in my
 cto ultimum finem; qui est Deus, ad que fidem
 omnium virtutum actus dirigit: sed speci 14. v.
 ratione. Quia inquit bonum quod est finis fide mittet
 scilicet bonum divinum, est proprium objectu omnia
 charitatis, & ideo charitas dicitur forma fide dixeru
 in quantum per charitatem actus fidei perficit Grego
 & formatur. est am

Ex quibus omnibus habetur quod dispo videtu
 tio ad bene credendum ex parte voluntatis discip
 charitas, & talis est fides sine qua impossib ctione
 est placere Deo. Sicut igitur errant qui sine est, ip
 subiectione intellectus tantum illis articulo ret &
 fidei assentiuntur, quos proprio iudicio me Catho
 tiuntur, alios autem rejiciunt, & sic nihil cre nunt
 dunt uti infra probabitur: Ita illi qui Catholic sibi ac
 sunt, & intellectum quidem in captivitatem revela
 redigunt, si motio voluntatis non ex charitate credu
 procedit, carent dispositione, qua credant tem n
 sicut credendum est, videlicet, ut habeant tua ef
 fidem formatam qua meritorie credant stolus
 tenet

Quod magis roborari poterit ex ejusdem
 Doctoris

infallibilis Doctoris doctrinâ quam habet 2. 2. q. 2. a. 2.
im, & ubi distinguit actus fidei per hoc quod est cre-
tem infirmam dere Deo, credere Deum, & credere in Deum.
perfectio Possunt quidem peccatores credere Deo reve-
e intellectu lanti; & credere Deum esse; non tamen cre-
am expedit dere in Deum, qui actus significat motum
 erat ex voluntatis per charitatem.

dei, & Tametsi Christus Dominus qui erat æterna
 forma Sapientia Patris, instruxisset discipulos suos
 at pro ob in mysteriis Fidei, voluit tamen hanc illorum
 , ad qui fidem perfici per Spiritum Sanctum. Joann.
 ed speci 14. v. 26. *Paraclitus Spiritus Sanctus quem*
l finis fidei mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit
in objectis omnia & suggeret vobis omnia quacumque
forma fidei dixero vobis. Spiritus S. Amor est, dicit S.
ei perfici Gregor. hom. 30. in Evang. proprium autem
 est amoris amorem producere. Insinuare ergo
 d dispo videtur Christus Dominus, ne quidem suam
 untatis discipulis sufficere in Fidei mysteriis instru-
 npossibi ctionem, nisi adveniens Spiritus, qui amor
 qui fin est, ipsorum corda charitatis lumine illustra-
 articuli ret & accenderet O quàm pauci igitur sunt
 cio me Catholic, qui ad perfectam fidem se dispo-
 nihil cre nunt per charitatem, credunt quidem illa quæ
 Catholic sibi ad credendum proponuntur, credunt Deo
 vitatem revelanti, credunt Deum esse; sed verè non
 haritate credunt in Deum, quia Spiritum S. per charita-
 credant tem non receperunt. Talis autem fides mor-
 habeant tuâ est, quæ caret vitâ, quæ charitas est. Apo-
 t stolus 2 Cor. 13. v. 5. vult ut unusquisque se
 jusdem tentet an fidem habeat; *vosmetipsos tentate si*
 doctois *estis*

estis in fide, ipsi vos probate. Scilicet per charitatem, quæ est veræ & perfectæ fidei indicium. Ideò tam parvus est inter fideles profectus. Agnoscunt mysteria omnia quæ Symbolo fidei recitantur, & id ipsum a se, aut publicè recitant: sed non aliter quam pueri, qui id quod addiscunt non intelligunt, vel uti Psittacus qui sine intellectu per consuetudinem verba profert quæ non capit. Recitant fidei Symbolum, sed ad illa quæ in eo continentur mysteria, vel non advertunt, ad illa ex defectu charitatis non afficiuntur. Viva fides per hoc vivit, quod per charitatem operetur. Jac. 2. v. 26. *sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.* Spiritus igitur fidei charitas est, signum autem charitatis bona opera sunt; igitur in missione instruendi sunt fideles, non tantum credant, sed ex fide vivâ credant, videlicet per affectionem charitatis, quâ erga illa mysteria afficiantur. Et sic opera Deum admirentur, laudent, benedicant, & contemplantur, non ore tantum, sed & corde magnificantes Deum, cuius tot sunt mysteria & à quo tanta post hanc vitam repromissa sunt præmia.

ARTI